

Sexta.

Sextum. Cūm posita materiā & formā pul-
lulet suppositum, si in mixto essent formā sub-
stantiales quatuor elementorum, quatuor in
quilibet mixto resultaret supposita, si que la-
pis esset quatuor supposta, lignum quatuor
supposta, & sic de alijs, quod aperie absurdum
est.

Septima.

Septimum. Si formā elementorum essent
actu in mixto; vel essent in eadem parte mate-
riæ; vel in diversa: non in eadē, quia cūm
quilibet forma materialis sit quanta, poskulat
peculiarem situm, & per consequens diuersam
partem materiæ, ideoque non esset vera mix-
tio, sed mixtio ad sensum, & ea quæ est secun-
dum minima iuxta se posita, quæ non est mixtio
Physica, sed mixtio imprædicta; sicut quan-
do multi flores diuersæ rationis miscentur inter
se ad conficiendum unum sertum.

Octava.

Octimum. Quod constituitur in aliqua vna
specie, non potest habere plures formas sub-
stantiales specie distinctas, sed quolibet verum
mixtum est vnum specie, ergo tantum habet
vnam formam substantialem, ideoque non re-
tinet formas substantiales elementorum, ergo
elementa non remanent in mixto secundum
 suas formas substantiales.

Nona.

Nonum. Si v. g. ignis actualiter esset in mix-
to, violenter in eo esset, & sic omne mixtum es-
set genitum violenta generatione, quod impli-
cat: sequela patet; nam naturalis locus ignis est
fursum; at mixtum est deorum ergo ignis in
eo esset violenter.

Decima.

Dicimum. Quando aliqua ex sui coniunctio-
ne faciunt vnam essentiam, si eorum essen-
tia maneat incorrupta, necesse est, vt vnum
eorum sit forma alterius, sed nullum elemen-
tum potest esse forma alterius, ergo formæ sub-
stantiales elementorum non manent in mixto.

Undecima.

Vndecimum. Si elementa sint secundum
suas formas substantiales in mixto, quilibet
pars mixti non erit mixtum; alioquin in qualibet
minima parte mixti esset realitas formæ
ignis, realitas formæ aeris, aquæ, & terræ, quod
implicat.

Duodecima.

Duodecimum. Omne subiectum corpo-
rum sequitur quantitas, sed per te in mixto sunt
quator subiecta corpora, scilicet quatuor for-
ma corporeæ elementorum, ergo erunt in quo-
libet mixto quatuor quantitates, & proinde pe-
netratio corporum.

C L Y P E V S T E R T I V S .

*Respondeatur rationibus in favorem
Medicorum Clypeo primo
adductus.*

Nam. 26.
Sed, ratio-
nes proban-
tes elementa
remanentes
actualiter in
mixto,
ad primam.

Ad secun-
dam.

*R*ationibus, quibus suaderi videbatur, for-
mas substantiales elementorum remanere
actualiter in mixto, nunc satisfaciendum est.

Prima autem satisfit, dicendo loqui Arist.
de remansione secundum suas qualitates, aut de
remansione elementi virtualiter.

Ad secundam. Dices resolvi mixtum in
quatuor elementa, non propter elementa exi-

stentia formaliter in mixto, sed proprie qualita-
tes elementares in eo existentes: vnde ut mix-
tum resoluatur in quatuor elementa, sufficit ut
ea contineat virtualiter, seu eorum qualitates.
Addit quod negandum est ferum, aquam rosea-
cem, & huiusmodi esse veram & puram aquam
elementarem, sed esse quadam mixta, quare
nihil sequitur ex illo argumento. Ad Confir-
mationem nega nos nutriti proxime elementis,
sed mixtis. Aut dic aliquid esse ex aliquo posse
intelligi dupliciter: Primo ex aliquo manente
secundum materiam & formam: si homo est
ex anima & corpore: Secundo ex aliquo manen-
te secundum materiam, & transiente secun-
dum formam: & sic sumus ex elementis, & ignis
est ex ligno.

Ad tertiam. Dic illud esse discriben inter
corruptionem, & mixtionem; quid in corru-
ptione partes, quæ corrumpuntur, ne qui-
dem remaneant in corrupto secundum suas
qualitates, aut virtualiter, bene tamen in mix-
tione.

Ad quartam. Dices illud argumentum fa-
vere opinioni communis: nam ex illo bene col-
ligitur elementa non esse in mixto actualiter,
neque pure potentialiter, sed modo quodam
modo; id est secundum suas qualitates: at for-
ma, quæ est in potentia materiæ, non est secun-
dum suas qualitates, ergo recte dixit Aristot.
elementa non esse in mixto, ut in potentia ma-
teria.

Ad quintam. Dic uniuersum in definitione
mixtione, non sumi pro aliqua habitudine in-
ter aliqua extrema vnitam, sed pro contumia
misibilium elementorum: sic anima rationa-
lis dicitur vnius sensuum, & vegetativum: id
est continere: ex quo patet solutio ad reliqua
eiudem argumenti.

Ad sextam. Concede maiorem si rema-
neat eius qualitas eadem numero, quæ fuit in
elemento; at nega, si diuersa maneat: remanet
autem in mixto tantum eadem specie qualitas;
non vero eadem numero: vnde mixtum est qui-
dem calidum, frigidum, &c. non eadem tamen
numero caliditate, quæ erat in elemento ignis:
item mixtum est graue, aut leue; non tamen
eadem numero leuitate, aut grauitate, quæ erat
in elemento graui, aut leui.

Ad septimam. Concessa maiore dic ad mi-
norē ex quatuor elementis secundum suas qua-
litates, aut virtualiter consideratis coalescere
mixtum; non vero ex quatuor elementis actu-
liter inexistentibus.

Ad octavam. Dices sic intelligendam esse
definitionem mixtione, quod si vno misibilium
alteriorum, id est eorum, que fuerunt prius al-
terata, & postea corrupta, & ex his misibili-
bus corruptis generatur mixtum.

Ad nonam. Dic quadam mixta coalefce-
re, non ipso elemento; sed virtute talis, vel ta-
lis elementi. Item diuersificantur mixta ex di-
uersitate virtutum elementorum, & non ex ele-
mentis ipsis. Item, dum dicitur: vnum elemen-
tum prædominari in mixto, non intellige de
elemento secundum suam formam substantia-
lem spectato, sed secundum suam virtutem: &
R dum